



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

IV. De tempore ordinationum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

CANONES.

SANCTA Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuersis regionibus Asiæ, definitiones exposuit Ecclesiasticas, quæ subter annexæ sunt.

I.

De his qui secundum Ecclesiasticam regulam libere ac legitime secundis nuptiis iuncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, vt paruo tempore transacto, vacent orationibus & ieiuniis; quibus etiam, iuxta indulgentiam, communionem reddi decreuimus.

II.

De his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseuerantes in oratione confessionis & pœnitentiæ, conuersionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam & bonitatem Dei communio concedatur.

III.

De his qui nuper sunt illuminati baptisate, quod eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri.

IV.

Quod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

V.

Quod non oporteat sacerdotes & clericos fernerantes, vsuras, vel quæ dicuntur * fescupla, id est, summam capitis, & dimidium summæ percipere.

* al. fescupla

Dist. 46.
Non licet fener.

Concil. Tom. 2.

N ij